





Epistle for the Feast of St. Joseph of Cupertino


L 
 Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Corínthi-os.

F 
 RAtres: Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, cari-tátem autem



 non hábe-am, factus sum velut æs sonans, aut cýmbalum tínni-ens. Et si



 habú-ero prophe-tí-am, et nóverim mystéri-a ómni-a, et omnem sci-énti-



 am: et si habú-ero omnem fidem, i-ta ut montes tránseram, cari-tátem


 autem non habú-ero, nihil sum. Et si distribú-ero in cibos páuperum



 omnes facultátes me-as, et si tradídero corpus me-um, i-ta ut árde-am,


 cari-tátem autem non habú-ero, nihil mihi prodest. Cári-tas pá-ti-ens est,


 benígna est: Cári-tas non æmulá-tur, non agit pérperam, non inflá-tur, non




est ambi-ti-ósa, non quærit quæ su-a sunt, non irri-tá-tur, non cógi-tat




malum, non gaudet super iniqui-tá-te, congáudet autem veri-tá-ti: ómni-a



suffert, ómni-a credit, ómni-a sperat, ómni-a sústinet. Cá-ri-tas numquam



éxcidit: sive prophe-tí-æ evacu-abúntur, sive linguæ cessábunt, sive



sci-énti-a destru-étur.